

Loca S. Scripturæ.

10. Vindica sanguinem nostrum Domine Deus noster. 14. 88
7. 38. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre ejus fluent. 5. 59
8. 10. Væ civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis, quoniam una hora venit judicium tuum. 3. 289
10. 2. Habensque pedem dextrum in mari. 24. 30
12. 7. Factum est prælium magnum in cælo, Michaël, & Angeli ejus præliabantur. 2. 50. & 3. 238
6. Mulier fugit in solitudinem, ut ibi pascant eam. 10. 17
10. Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus. 10. 218
- Audivi vocem magnam de cælo dicentem, Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, quia projectus est accusator. 24. 34. & 10. 218
12. Væ terræ, & mari quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam. 28. 13
13. 11. Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo agni similia, & loquebatur ut draco. 19. 24
14. 4. Sequuntur agnum quocumque jerit. 23. 19
5. Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque jerit. 14. 155
14. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & agno, & in ore eorum non est inventum mendacium. 3. 252
18. Mite falcem acutam, & vindemia botros terræ, quoniam maturæ sunt uvæ. 5. 279
16. 2. Et vidi septem Angelos habentes septem phialas. 2. 51
13. Vide de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos exire. 21. 15
17. 3. Abstulit in spiritu, & vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, & mulier erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro. 17. 30. & 31
15. Aquæ istæ quas vidi populi sunt, & gentes, & linguæ. 1. 110
18. 8. Una die veniant plage ejus mors, & luctus, & fames. 19. 94
10. Væ civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis, quoniam una hora venit judicium tuum. 3. 290
19. 7. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni. 10. 256
11. Cum justitia judicat, & pugnat. 2. 97
20. 1. Missus est serpens in abyssum. 2. 49
21. 4. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor. 10. 149. & 155
24. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsius duodecim nomina Apostolorum. 11. 118



R.P.D.F.



R.P.D.F. JOANNIS
DA SYLVEIRA
 COMMENTARIORUM
 In textum Evangelicum
TOMUS SECUNDUS,

EXPLANANS PRIMUM SACRATISSIMUM ANNUM
 prædicationis Christi JESU Redemptoris nostri.

PRÆNOTATIO.



N explicando textu Evangelico hunc ordinem sequutus sum. In primo Tomo egi de Christi Domini ingressu in Mundum, id est de sacratissimo ejus Adventu, Nativitate, Pueritia, Baptismo, ac aliis usque ad testimonium Joannis. Per tres sequentes Tomos, tres annos Prædicationis Christi Domini, ipso dante, & auxiliante explanabo; & ita quilibet Tomus suum dabit annum. Tandem in quinto & ultimo de Christi discessu, nempe

de his, quæ gesta sunt in cenaculo, in sacratissima ejus Passione, gloriosa Resurrectione, ac admirabili Ascensione.

Quomodo autem in quolibet anno Prædicationis, series gestorum Christi sit intextenda, ac ordinanda, variæ sunt sententiæ, & multæ controversiæ, sed quilibet Tomus meum judicium in hac re declarabit; nam ibi, ut in propriis locis quæstiones, quæ circa hanc materiam ventilantur, explicabo.

Quia ergo tres Tomos per tres annos Prædicationis Christi distribuimus, necessarium duxi computationem ipsorum annorum inculcare. Et relicta antiquâ narratione Ammonij & Tatiani in hac re, quæ refertur in tom. 2. c. 3. Bibl. communis sententia est hodie, quod anni prædicationis Christi computantur à Paschate ad Pascha, ut docent Baron. Torniel. Salian. *ann. Christi* 31. Franc. Burg. Cornel. à Lapide in *itinerario vite Christi*, & aperte hæc sententia constat ex textu Evangelico, ut jam dico.

Exoritur ergo 1. annus prædicationis Christi, quando ipse in festo Pascharis ejecit vendentes de templo, & cepit zelare domum Dei, ac prædicare regnum cælorum; Christus Dominus baptizatus est à Joanne die 6. Januarij, ut latè dixi lib. 3. c. 2. q. 12. cum jam ageret annum 31. & ante diem festum sequentis Paschæ, qui celebrari consueverat à vespera die 14. mensis Nisan, per dies 8. continuos, qui mensis ferè semper nostro respondet Martio. Ascendit JESUS Jerosolymam, ut latè describit Joann. cap. 2. à n. 13. ingressus in templum, prima vice ejecit vendentes & ementes, & cepit annunciare regnum Dei, ob cujus doctrinam, ut ait Evangelista citato loco, num. 23. *Cum esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in eum*, & inde ad se attraxit Nicodemum, Samaritanam, Petrum, Andream, Jacobum, & Joannem, abiit in Galilæam, ubi habuit admirabilem sermonem

Sylveira in *Evang.* Tom. II.

A monem

Ammon.
Tatian.
Baron.
Torn.
Salian.
Franc. Burg.
Corn.

3.
Primus annus prædicationis.

Joan.

monem in monte, inde descendens ingreditur Capharnaum, ubi multa mirabilia operatur, & transacto anno venit Jerosolymam.

Secundum Pascha post Christi Baptisma, in quo secundus annus prædicationis inchoatur; in hac ergo festivitate Paralyticum per triginta & octo annos decumbentem sanat, de hac solemnitate facit mentionem Joan. cap. 5. n. 1. Post hæc erat dies festus Judæorum, & ascendit JESUS Jerosolymam, nempe è Galilæa, ut jam dixi, nec tibi faciat difficultatem, quod Evangelista non dicat expressè fuisse Pascha, sed diem festum Judæorum, quia per antonomasiam Pascha dicitur festum Judæorum. Ita affirmant Divus Irenæus lib. 2. cap. 10. Scaliger lib. 6. de emend. temp. & ad citatum cap. Joan. Rupertus, Jansenius, Toletus, Franciscus Lucas, Cornelius à Lapide, & alij, & Tornielus anno Christi 32. sub medium mensis Maij sequentis, pernoctans in oratione Apostolos elegit, descendens turbas docet in loco campestri: puerum Centurionis sanat, Magdalenæ poenitenti condonat peccata, multa miracula operatur; per varias parabolas, multa docet, audita Joannis nece secessit in Galilæam, famescem turbam pavit quinque panibus, & duobus piscibus multa, & alta docet de sacra Eucharistia, & tunc, ut ait Joannes Evangelista c. 6. num. 4. Propè erat Pascha Judæorum.

5. Secundus annus prædicationis.

Iren. Scaliger. Rupert. Jansen. Tolet. Franc. Luc. Cornel. Torniel.

6. Tertius annus prædicationis.

Baron. Torniel. Joan. 7.

Tertia festivitas Paschalis post Baptismum in qua initiatur tertius annus prædicationis Christi, hæc solemnitas contigit paulò post miraculum de quinque panibus & admirabilem sermonem de carne sua in cibum, de sanguine in potum, ut apertè constat ex textu Joan. proxime citato, Propè erat festum Judæorum. Et ad hoc Pascha celebrandum, ut notant Baron. Torniel. anno Christi 33. non ascendit Jesus Jerosolymam, uti ex lege solebat, quia Judæi jam ei necem machinabantur, quod manifestè constat ex Joan. 7. n. 1. Nam narrato sermone de cælesti pane, ait, Post hæc ambulabat JESUS in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia querebant eum Judæi interficere. Et prætermittit ibi Joannes, quæ Dominus gessit per sex menses, nempe à Paschate usque ad Septembrem, in quo incidebat festum Scenopegiæ. Ea tamen distinctè narrat Matthæus, Marcus, & Lucas, & etiam ipse Joannes festum Scenopegiæ. In hoc anno multas disputationes, ac controversias habuit Dominus cum Scribis, ac Pharisæis, multa cælestia docuit, magna, & alta miracula operatus est.

Quarta Paschali solemnitate post Baptismum appropinquante, ante sex dies venit Dominus Bethaniam Joan. 12. n. 1. è Bethania profectus Bethphage ad montem Oliveti perrexit Jerosolymam per viam ramis arborum, ac vestibus sternatam, feria quarta, die vigesima tertia Martij prædicit Dominus se post biduum crucifigendum; feria quinta die vigesima quarta Martij cœnat cum discipulis; sacram Eucharistiam instituit: tandem feria sexta anno sacratissimo ætatis suæ trigesimo tertio, & tribus mensibus die vigesima quinta Martij pro redemptione totius generis humani in ara Crucis æterno suo parenti se hostiam immaculatam obtulit. Die vigesima septima Martij resurrexit, die quinta Maij ascendit in cœlum.

In præsentî Tomo agimus de primo anno prædicationis, qui quamvis inceptus sit prima ejectione vendentium de templo, tamen mihi placuit hæc apponere in initio hujus operis celebre convivium in nuptiis Cana Galilææ. Primò, quia ibi adest Maria Virgo interpellans, cujus invocatione omnia mea auspiciari mihi gratissimum est. Secundò, quia hæc fuit prima Christi manifestatio; ac proinde quædam præparatio ad prædicationem. Tertio, quia hæc historia fuit prætermissa in primo Tomo ne huic operi desit, eam hæc apponimus.

7. Discessus Christi ad Fatrem.

Magnum Joannis testimonium.

Veritas divina, mendacium confutum quæ vii.



LIBER QUARTUS CAPUT PRIMUM.

ADEST JESUS NUPTIIS IN CANA GALILÆÆ.

Joannis 2. num. 1. Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater JESU ibi.

Tertullianus lib. 2. de Monogamia, cap. 8. Nuptiæ, ut notat Cassian. lib. 5. c. 1. ab obnubendo, nimirum cooperiendo vultum, & caput, antiquitus dicebantur. In Cana Galilææ. Duplex erat, & ideo ad unius ab alia distinctionem exprimitur provincia: de quibus omnibus late questionibus sequentibus.

VERSIONES.

Syriacus. cæterum die tertio factum est convivium in Korne civitate Galilææ: materque Jeschua illic aderat.

Ecce jam assistentes in convivio de fratribus dicam quæst. 9. Et erat mater JESU ibi. Exriterant hæ nuptiæ alicujus familiaris, vel consanguinei, illius, ut omnes fatentur; & quamvis Virgo fuerit vocata, ut notat Chrysostomus homil. 20. Beda, & alij, & insinuat textus versu sequenti: Vocatus est autem & Jesus, illa conjunctio & hoc denotat, Evangelista tamen non exprimit, ut significet, quod ubi nostra necessitas intervenit, ibi adest ad subveniendum Deipara. Vel quia ipsa sæpe non rogata ad nostras spirituales nuptias in spiritu venit, sua intercessione profrens lumen cæcis. Et non ait: Erat ibi Maria, sed mater Jesu; quia confidentia matris pro nobis interpellat: & quia Maria semper mater. Vide lib. 1. cap. 10. n. 2. Et prius fit mentio de B. Virgine, quàm de Christo, honoris causa, cum esset mater, ut notant Albert. Magn. & D. Thom. Alias rationes vide quæst. 6.

D. Gaudentius Et die tertia nuptiæ fiebat, &c. tractat. in hoc Evang. Vat. blus.

Ubi necessitas, ibi adest Maria.

D. Chrys. hom. 20. Et erant mater JESU ibi, & fratres ejus. Multi ex Græco In insigni illa die nuptiæ factæ sunt, &c. apud Salmer. tom. 6. tractat. 6.

De mater interpellat.

EXPOSITIO.

OSTQUAM noster Evangelista suo cap. 1. à numero. 15. Baptiste testimonio declaravit, Christum esse verum Messiam; ad idem comprobandum, miracula, ac ostensiones divinae omnipotentia adducit: tantum enim, ac tale erat Joannis testimonium, ut post ipsum divinæ solùm omnipotentia opera expectari possent. Et circa præsens miraculum quatuor in hoc textu ab Evangelista notantur; tempus, occasio, locus, circumstantia. Quoad primum: Die tertia; ab illa scilicet, qua Christus Dominus profectus in Galilæam. Ad inculcandum eximiam historiae veritatem, diem Evangelista & circumstantias notat, mendaces namque valde confuse loquuntur. Nuptiæ factæ sunt; convivium nuptiale tanti operis extitit occasio: & fortasse non prandium, sed cœna fuit, ut docet Sylveira in Evang. Tom. II.

QUESTIO I.

De Tempore, ac die, quo hæ nuptiæ factæ sunt.

CHRISTUS Dominus annum agens vigesimum nonum, & dies tredecim, Januarij die sexta baptizatus est à Joanne, ut dixi tom. 1. lib. 3. c. 1. quæst. 12. Postea abiit in desertum, ubi per quadraginta dies jejunavit; à quo egressus in Nazareth iterum ad matrem venit, & in Judæa ad Joannem, cum quo per aliquod tempus conversatus, ab ipso multiplici testimonio demonstratus; tandem cum annum jam trigessimum explevisset, adductis ad se Andrea, petro, philippo, ac Nathanaële, ut constat ex cap. 1. Joan. accessit ad Galilæam, ubi sexta Januarij die nuptiis, adest, sicut etiam eodem die à Magis fuerat adoratus. Et quod hæc tria eodem die contigerint, dixi cit. loc. & docet Ecclesia in Antiph. de Epiphania.